Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Huic illud psalmiste congruit. Illumina oculos meos ne umquam ob
dormiam in morte. Et alibi. Sapientiam oculi in capite eius. Si enim simplicem
oculos carnis accipimus. utique non solum sapientiam. sed etiam insipientiam oculi in
capite eius sed. Caput itaque sapientiam sensum accipiunt. quod alio uerbo. mens. et
animum. et principalem cordis appellant. Quod uidelicet aut in agnitione eius. idest
ΕΠΙΓΝΩΣΙΝ. quidam sic intelligunt ut inter. ΓΝΩΣΙΝ. et
ΕΠΙΓΝΩΣΙΝ. hoc est inter notionem et agnitionem illud interest quod noto
eos sit quod antea non sciebamus et ea postea scire cepimus. agnitio uero eorum quae
prius scientes deinceps scire desiuimus. et eorum postea recordamur. et prio
re quandam uitam in deleto uisuspicantes postquam in corpora ista deiecti
et oblati dei patris. nunc eum per reuelationem cognouimus. secundum illud. Re
miniscentur et conuertentur ad dominum omnis fines terrae. et cetera his similia
replicantes. Ut sciamus quae sit spes uocationis eius. et quae diuitiae gloriae he
reditatis eius in sanctis. et quae sublimis magnitudo uirtutis eius in nos qui credi
dimus secundum operationem potentiae uirtutis eius quam operatus est in xpo suscitans illum
ex mortuis. Cui sancti iuxta rationem pauli datus fuerit spiritus
sapientiae et reuelationis ut aperti oculis cordis aspiciant utique scient quae
reposita sunt sanctis uocatis. et quae speranda sanctis dei quae habundanter et large
his qui hereditatem ipsi sustinent et daturus. Ad quam noticiam magnitu
do uirtutis dei et necessaria in his quae iuxta similitudinem pauli credentes
uocantur per quam operatus est dis in xpo ihu quem amortuis suscitauit
Dupliciter autem intellegenda hereditas. siue quod primogenito omnis creatu
re hereditas sit animae domini nostri ihu xpi. et eius qui ex corpore et anima
adsumptus est hominis. nosque eum hereditantur animae hereditemus dominum
uerbum. siue quod in xpo hereditas nostra sit patris et filii et spiritus sancti una di
uinitas. ut quomodo uocatur hereditas domorum atque uillarum et ea ipsa
quae ab heredibus possidentur. sic ipse dis hereditas credentium sit atque
sanctorum. Scriptum est et in ueteri instrumento. Filius autem leui non dabitur he
reditatem in medio fratrum suorum. quia ego pars eorum. Et alibi. Dnis hereditas
eorum est. Et sicut qui certa dim nichil habent sed nouit audacter loquitur
Pars mea dnis. et tues pars hereditatis meae et calicis mei. Non enim
parui studii est. ut sciamus spem uocationis et diuitias gloriae hereditatis